



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi  
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismvs  
Catholicus, summam Christianæ institutionis IIII. libris  
succinctim complectens**

**Klinge, Konrad**

**Coloniae, 1570**

**VD16 K 1309**

Quid sit confirmationis gratia. tit. 78

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29452**

QVID SIT CONFIRMA-  
*tionis gratia.*

## TITVLVS LXXVIII.



Rimò, Confirmatio est Sacramentum in quo per impositionem manuum p̄scopi, D E V S dat gratiam suam propter Christū & donum ad confirmantē inchoatē fidei, & accepte gratię Baptismo, ne in impugnatione Sathanę, mudi accusis nostrę, iterum amittatur. Sic Apostoli imponunt manus baptizatis, Actor. 8. vt acciperent Spiritum sanctum: & hic effectus gratiae est aliud ab illo post Baptismo recepto.

Secundò, hoc notandum est, quod solum unde gratia Dei per Christum acquista: sed hec habet varias operationes & effectus, qui per varia media & conferuntur. Sic in Baptismo remittit peccata. Actor. 2. In confirmatione roborat & conferuntur, In ordine docet & illuminat, Eucharistia capti Christo vnit, Lapsos pœnitentia iterum accepit in Dei fauorem, Matrimonio benedicit & nutrit, & tione pœnas infirmitatis mitigat vel tollit, sic in gratia varios habet effectus, sicut unicus Sol in celo. Idem Deus operatur omnia in omnibus. 1. Cor. 12. Ad illum igitur effectum confirmationis in fide, ne latetur a fide, aut in heresim, &c. confirmamur: hanc quoniam hanc despiciunt, id est de errore in errore labuntur, semper instabiles, sicut 2. Pet. vlt. Indolentes instabiles. Et 2. ad Tim. 3. semper discentes, punctum autem ad veritatē peruenientes, & sicut lambens Mambres Exo 7. Moysi resistebant, &c.

Tertiò, quoniam scriptura magnas pœnas & gaudiiores condemnationes notat, quae illis carent, qui à suscepta semel fide aut labuntur, aut errare incepunt: Ideò maximè opus est hic effectus g. atq; Ch. iii. co.

Confirmantis. Sic vñ dicit Christus illis contingere, qui oblatam gratiam spreuerunt, vt Bethsaïda & Cotozain, Matth. 11. Luc 11. de Spiritu malo redeunte cum septem nequioribus se, Et 2. Petr. 2. Melius esset non cognouisse veritatem &c. sunt enim canes reueuentes ad vomitum, Proverb. 26. Quid proderat Lucifer, quod erat in cœlo? Esa. 14. Quid Iude, quoniam Apostolus? Matt. 26. Et quid proderet esse baptizatum, iustificatum, &c. si non retineretur gratia accepta? Ideo si non debemus amittere denuo gratiam per peccata, opus est confirmatione, id est, robore, contra tentamenta corporis & animæ.

Quarto, Pro hac etiam confirmatione petimus quotidie in oratione Dominica Mat. 6. ne scilicet labamur in temptationem & vincamur, & perdamus acceptam gratiam, Ne nos inducas, id est, ne permittas, sed confirma nos in gratia tua, &c. Nam adeo necessaria est ad salutem, vt retineamus gratiam & beneficium Christi, sicuti illius apprehensio.

Quinto, illa confirmatio sequi debet examinacionem fidei & doctrinæ, ybi hæc quæ Patrini in Baptismo voulent proprio ore & corde profitentur, attamen quia sæpè pueri moriuntur ante annos discretionis, ne Sathan eos impugnet, quoq; confirmantur &c. Ab initio fuit vñsus in Ecclesia, ab ipsis Apostolorum temporibus.

### VNCSTIO CHRISMATIS

vnde venit.

### TITVLVS LXXIX.

**D**icitur notandum, quod vncstio diuinis tuis est instituta, inquit Cyprianus in sermone de Chrismate in die cœng. Nā Exod. 30. præcipitur à Deo Moysi, quod faciat vncstionis oleū, & vngat tabernaculum, arcam testamenti, mensam, vñtensilia &cæt.

Pp 3

Et 29.